UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hermann Hamelmanns geschichtliche Werke

Reformationsgeschichte Westfalens

Hamelmann, Hermann

Münster i. Westf., 1913

15. Rietberg

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56665

Visual Library

15. Rietberg[1].

Nachrichten, die wesentlich über diesen Bericht hinausgehen, haben wir nicht. Kleinsorgen[2]) *gibt an, daß die neue Lehre „auf Beförderung des Landgrafen von Hessen" eingeführt wurde. Hamelmann hat seine Erzählung wohl erst kurz vor der Drucklegung des ersten Teils seiner Reformationsgeschichte (1586), wenigstens, wie es scheint, nach 1582*[3]) *geschrieben. In den Handschriften fehlt sie.*

Durch die Enkelin Johanns II., des letzten Grafen, Sabina Katharina und ihren Gemahl Johann III. von Ostfriesland, den Enkel Gustav Wasas, wurde 1610 der Katholizismus wieder eingeführt[4]).

[Bl. K 8[a]] **Historia**[a]) **renati evangelii in comitatu Rithbergico.** *W 843.*

Quando propter susceptam evangelii doctrinam cingerent Joannes dux Clivensis ac Juliacensis et deinde Simon comes Lippiensis urbem Lippiam atque tandem invaderent eam, cogitabant et eo consilia inibant, ut aliquid atrocius in concionatores evangelicos tentaretur[5]). Postquam vero Ottho comes Rithbergicus[6]), Lippiaci

a) T*ext nach H und W.*

[1]) *G. J. Rosenkranz, Beiträge zur Geschichte des Landes Rietberg und seiner Grafen, Zeitschrift 14 (1853), S. 92—197, besonders 122—125. Jacobson S. 761. Kampschulte S. 55ff., 238ff., 419f.*

[2]) *Bd. 2 S. 365. — Im Staatsarchiv Marburg sind Akten darüber nicht vorhanden.*

[3]) *Martin Oliver ist im letzten Satze noch als Pfarrer (seit 1582) genannt.*

[4]) *Keller Bd. 3 S. 614f.*

[5]) *August 1535. Vgl. oben S. 339. Die Vorstellung, sie hätten die Stadt eingeschlossen, ist aber falsch.*

[6]) *1516—1535.*

comitis ex sorore nepos, esset in castris avunculi, ipse se graviter opposuit utrique heroi magna cum gravitate dicens: „Nolite, vos domini, nocere unctis optimi maximi Dei, nolite etiam premere prophetas Domini nostri Jesu Christi, quia tota scriptura tam veteris quam novi testamenti et historiae sacrae in ecclesia Dei testatur, quam graviter sint puniti, qui saevierint in sinceros doctores et concionatores. Quodsi forte dixeritis ipsos esse haereticos, seditiosos et falsarios: sed tale quid de prophetis, de Christo ipso et de apostolis finxerunt adversarii et ita ansam quaesiverunt eos
W 844. occidendi. Hi boni viri praedicarunt neminem per missas et sua opera salvari, [Bl. K 8 [b]] sed per fidem in Christum salvatorem et filium Dei. Si hoc est haeresis, ergo Christus ipse, prophetae, apostoli et primitivae ecclesiae doctores sunt quoque haeretici. Ideo a vestro instituto desistite! Quod si non feceritis, sed aliquid violentum in pios Christi ministros tentaveritis, tunc ego de ea re solenniter protestor et, ne mea praesentia me tanti criminis reum et conscium faciam, statim exibo urbem" [1]), et sic mox curat adornari ad equitatum suos equos. Cum hoc persentiscerent isti duo heroes viderentque in hoc Otthone comite serium et constantem zelum, statim mutarunt sententiam. Nam sic eos alloquitur: „Non eo animo vobiscum ingressus sum urbem, ut propter Christi confessionem et fidem ulli vis et violentia inferretur, aut ministri Christi et evangelii doctores ulla ignominia afficerentur, vel etiam aliqui ex civibus propter doctrinam verae religionis et confessionem Christi de vita periclitarentur, quia et ego sum eius confessionis, cuius ipsi sunt, quod etiam libere coram vobis tamquam mundi principibus confiteor. Non enim me pudet evangelii, et Christus libere dixit: Qui me confessus fuerit coram hominibus, eum confitebor coram patre meo." Hac libertate dicendi et tam gravi oratione pii et illustris comitis Otthonis sunt commoti duo proceres. Ideo concionatoribus [Bl. L 1 [a]] datur exeundi ex civitate libera potestas, et cum civibus quibusdam incarceratis mitius [agitur] [a]), quam antea decretum erat a consiliariis heroum; nam bonis

a) *fehlt H und W.*

[1]) *Diese und die folgende Rede sind natürlich nach bekannten Mustern von Hamelmann selbst verfaßt. Vgl. auch oben S. 340.*

heroibus nihil sinistri, quia uterque erat natura probus et honestus, est adtribuendum. Ibi unum ex concionatoribus secum ducit in comitatum Rithbergicum, nempe Wilhelmum Capellium [1]), et eum adiungit pastori in Nienkirchen [2]) et alterum Hermannum Halewatum profugum concionatorem ministrum evangelii constituit in oppido Rithberg [3]). Novi quidem partim sub Otthone patre et filio Joanne [4]) comitibus pastores in Rithberg Bernhardum Elbertum [5]), hominem disertum, cui mortuo successit vir doctus Simon Hagemannus Lemgoviensis [6]). In pago Nienkirchen diu fuit pastor, qui et ibidem mortuus est, Jodocus Wetterus [7]) pater, cuius filius eiusdem nominis Jodocus Wetterus [7]) egit cum laude cancellarium

---

[1]) *Wilhelm Cappellen aus Büren, 1528 in Lippstadt zum Prediger gewählt. Vgl. die Reformationsgeschichte von Lippstadt oben S. 330f. und 342 und Niemöller a. a. O. S. 24 und 48.*

[2]) *Neuenkirchen, Kr. Wiedenbrück.*

[3]) *Er kommt urkundlich nicht vor. In der Reformationsgeschichte von Lippstadt (oben S. 329) heißt er Halewalt, S. 342 Halewat. Kampschulte S. 56 hat offenbar Cappellen und Halewat bloß verwechselt. Daß sie Augustiner gewesen seien, steht auch nirgends.*

[4]) *1535—1564.*

[5]) *Er war zur Zeit des Interims Prediger an St. Marien in Lemgo (A. Dreves, Geschichte der Kirchen, Pfarren, geistlichen Stiftungen und Geistlichen des Lippischen Landes, Lemgo 1881, S. 342). Am 23. März 1555 bestellte Graf Johann den Geistlichen Bernd Elbertz zum Pfarrer der Stadt Rietberg (Staatsarchiv Münster, Urkunden der Grafschaft Rietberg).*

[6]) *Simon Hagemann aus Lemgo studierte in Wittenberg, wo er am 11. März 1560 immatrikuliert wurde (Album 2, 15) und war dann Konrektor in Einbeck, seit 1563 Konrektor in Osnabrück (vgl. Bd. 1 H. 3 S. 199 Anm. 2). Pastor in Rietberg war er nach Rosenkranz S. 123 seit 1568. Urkundlich kommt er als Superintendent am 10. Juli 1577, 2. April und 26. Juni 1578 vor (Staatsarchiv Münster ebenda). Seine Söhne Kaspar und Simon erhielten zur Unterstützung des Studiums eine Vikarie in Rietberg. Rosenkranz a. a. O. nennt als Pastor in Rietberg seit 1585 Jakob Schröder. — Als Prediger der Kapelle auf Schloß Rietberg wurde am 8. November 1567 Eberhard Schurmann bestellt (Staatsarchiv Münster ebenda). Er stammte aus Langenberg und hatte in Marburg studiert, wo er im 2. Halbjahr 1566 immatrikuliert wurde (Caesar, Programm 1877, S. 77).*

[7]) *Jost Wetter, Pfarrer in Neuenkirchen, kommt urkundlich am 20. Mai 1549 vor. Der Kanzler wird in Urkunden vom 11. März 1565, 16. Oktober 1571 und 27. September 1576 genannt (Staatsarchiv Münster a. a. O.). Er hatte ebenfalls die Pfarrstelle in Neuenkirchen inne; denn am 20. Febr. 1582 wurde die durch seinen Tode erledigte Pfarre an Martin von der Marsch verliehen (ebenda). Ob es sich in der Urkunde von 1549 um den Vater oder den Sohn handelt, ist fraglich. Rosenkranz (a. a. O.), dessen Angaben nicht kontrollierbar sind, nennt als*

et consiliarium comitatus Rithbergici et dominiorum Esensis et Wittmunde etc., ubi postea pastorem egit Martinus Oliverius Marchius, vir pius [1]).

Pfarrer von Neuenkirchen Martin Oliver seit 1568 und Jodoc Roberten seit 1585. Es ist möglich, daß Oliver, ehe er 1582 Pfarrer wurde, Wetters Vizekurat gewesen ist. In seinem Sammelwerk „Cum scriptura sacra consensus undecim conciliorum“ *usw.*, Francofurti 1557 *⟨Königsberg UB⟩ sagt Hamelmann Bl. F* 6^b *(in der Widmung eines Teiles an den Grafen Johann):* „Gaudeo tuam generositatem et pietatem, heros nobilissime, tam ferventer amplecti evangelium Christi, ut etiam pios vereque doctos, id est evangelii alumnos nusquam non promovere pergas. Huius facti testis est Hieronymus Grestius, T. Magnificentiae privatus olim instructor, atque optimus vir Jodocus Weter et eius filius eiusdem nominis, tuae dominationis fidelis et obsequiosus, qui mihi olim condiscipulus fuit, de eadem re et specimen et testimonium praeclarum praebent.

[1]) *Identisch mit dem eben genannten Martin von der Marsch.*